

Quaedam conditi sunt iam ipsius naturis quaedam praecedunt causis sicut non
 solum praesentia uerum etiam futura fecit omnipotens & labor factis requi-
 euit ut eorum deinceps administratione atque regimine crearetur etiam
 ordines temporum & temporalium quia & consummata uerat ecc. propter
 omnium generum terminationem & inchoauerat propter pagationem ut
 propter consummata requiesceret propter saeculorum propter inchoa-
 ta usque nunc operaretur. sed si possunt haec conditio intellegi non solum
 non resisto uerum etiam faueo nunc tamen de anima quam inspirauit ho-
 mini sufflando in eius faciem nihil confirmo nisi quia ex deo sic est ut non
 sit substantia di. & sit incorporea id est non sit corpus sed spiritus non de sub-
 stantia di generis nec de substantia di procedens sed factus actio nec ita
 factus ut in eius naturam natura uel corporis uel irrationalis animae
 uerteretur ac hoc de nihilo & quod sit immortalis secundum quaedam
 uitae modum quem nullo modo potest amittere. secundum quandam uero
 mutabilitatem qua potest uel deterior uel melior fieri. non immerito etiam
 mortaliter possit intellegi quoniam ueram immortalitatem solus ille habet de quo
 proprie dictum quod solus habet immortalitatem. Caetera quae in hoc libro
 disceptando locutus sum ad hoc ualeant legendi ut aut nouerit quem am-
 modum sine adfirmandi temeritate quaerenda sunt quae non aperte scriptu-
 ra loquitur aut sic quaerendi modus iste non placeat quem am modum
 ipse quaesierim sciat ut sene potest dicere non abnuat. si autem non po-
 test a quo ambo discamus necum requirat. **EXPLICIT LIBER VII**

DE GENESE AD LITTERAM

IN CAPITULO BER OCTAVVS

ET PLANTAUIT DOMINUS PARADYSUM IN EDEMA AD ORIENTEM
 & posuit ibi hominem quem fixit non ignorat de paradiso mul-
 tos multa dixisse. tamen de hac re quae genera les sunt sententi-
 ae. Una eorum quitantum modo corporaliter paradysum uo-
 lunt intellegi aliae eorum qui spiritualiter tantum terrarumque